



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXXVII. Iudicium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

FORMVLARVM LIB. I. 77
ta aut de annis ipsius rei, vnde tunc
a quibuslibet inquietari videbūtur,
partibus Ecclesiæ, vel monasterij
sui, cum æquitatis ordine respon-
dendi, vel homallandi, super annis
contra quemcumque sanciendi.

XXXVII. IV DICIVM
euinditale.

VEniens ille, in nostri vel pro-
cerum nostrorum præsentia,
suggessit, quasi homo nomine ille
pagensis vester, eum in villa nulla
manente causa adsallisset, & eum
grauiter liuorasset, vel raupa sua in
solidos tantos eidem tulisset, & ob
hoc vobis per nostram ordinatio-
nem tales datos habuisset fideiuſſo-
res, ut KL. illis ex hoc in nostri præ-
sentia debuissent adſtare causantes.
A quo placito veniens memoratus
ille, ibi in palatio nostro, & per tri-
duum, seu amplius, ut lex habuit,

78 MARCVLF MONACHI
placitum suum custodisset, & me-
moratus ille abiectus sit, vel solsatis-
sit, ipse nec venisset ad placitū, nec
nulla funnia nuntiasset, adfirmat.
Proinde nos taliter vna cum nostris
proceribus constitit decreuisse, vt si
evidenter memoratus ille pro hac
causa tales vobis datos habuit fide-
iuſſores, & placitum suum minimè
custodiuit, Dum & inlustris vir ille
comes palatij nostri testimoniauit,
quod antedictus ille placitum
suum legibus custodiuit, & eum
adiectiuit, vel solsatiuit, & ipse il-
le placitum custodire neglexit; iu-
bemus vt quicquid lex loci vestri
de tali causa edocet, vobis distrin-
gentibus, antedictus ille partibus
illius componere, & satisfacere non
recuset.